

XVIII.1.1177

~~1177~~

(Stanisław August Poniatowski)

Salutatio Stanislai Augusti Regis..

1793


S A L U T A T I O .

STANISLAI. AUGUSTI. REGIS.

GRODNA. VARSAVIAM. REDUCIS.

A studiofa Juventute in Scholis Piis.

Drohicini. Mense Novembri. Anno 1793.



Salutamus REGEM Nostrum Serenissimum STANISLAUM AUGUSTUM, Patrem Patriæ.

Chorus. Salutamus.

Salutamus omnibus titulis ornatissimos Jtine-
rum & Laborum Ejus Comites.

Chorus. Salutamus.

DOMINE DEUS. REGEM Nostrum, Pacis Re-
stauratorem, Conservatorem Religionis, Legum &
Justitiae Vindicem, Virtutum ac Literarum christi-
anarum, Adsertorem, Tutorem ac Protectorem
Liberalissimum, diutissime conserva:

Chorus. Diutissime Conserva.

Beneficia Scholis Piis ab Ilo præstata DOMINUS
retribuat.

Chorus. DOMINUS retribuat.

Maximas profitemur gratias, & precamur annos
plurimos.

Chorus. Anno plurimos.

VIVAT. REX. VIVAT. REX. PIUS. & SAPIENS.

Chorus. Vivat. Vivat.

EPIGRAMMA.

Plausibus est impar facundia nostra ciendis.

Horum etiam & laudum est Regia Vita satur.

Magna animi, Fidei vis magna in REGE, merentur.

Sceptra, ut Cælesti, firma, regantur ope.

Hoc omnes votis optant, hoc voce precantur:

VIVAT REX. VIVAT. REX. PIUS. & SAPIENS.

A D

STANISLAUM AUGUSTUM
R E G E M.

G R O D N A . R E D U C E M .

MENSE. NOVEMBRI. ANNO. 1793.

T. C. S. P.

Ite procul curæ tristes, procul ite querelæ,
Ecce fugata redit gloria Sarmatiæ.
Cardine firma novo respirat Natio, finis
Hinc est tristitiae, lætitiaeque caput.
Quod non effreni, sed libertate potitur,
Quam lex, quam Natio, quam probat ipsa Fides.
Enervare homines, immensa licentia suevit,
Bella movens Superis, dum movet illa Thronis.
Iutatis rerum vicibus, Cælo auspice, quod nunc
Protinus, est omnis redditus ordo sibi.
Legibus eximiis, (nam versæ evertere Regnum
Debuerant) sua quod visque decusque redit.
Quod Lechus, æterno cum Russo fædere junctus,
Non dissolvendam firmat amicitiam.
Congaudent omnes pariter, pariterque rependunt
Omnes, venturo, dama priora, bono.
Cui post Superos debentur Munera tanta?
Præstítit hæc Gentip REX IPIUS g&p SAPIENS.



XVIII. 1.1177

XVII.1.1A3